

IOANNIS ANTONII SCOPOLI

MED. DOCT. S. C. R. ET APOST. MAIEST. MONTANÆ
CIVITATIS IDRIÆ PHYSICI

ENTOMOLOGIA
CARNIOLICA

EXHIBENS

INSECTA

CARNIOLIÆ INDIGENA

ET

DISTRIBUTA IN ORDINES, GENERA,
SPECIES, VARIETATES.

METHODO LINNÆANA.



VINDOBONAE,

Typis IOANNIS THOMÆ TRATTNER,
CAES. REG. AVLAE TYPOGR. ET BIBLIOP.

MDCCLXIII.

CURCULIO.

LINN. *Syst. Nat.* p. 377.

Proboscis antennifera. Thorax cotyleformis.
Manus 3 articulis. Corpus tardigradum, ca-
dendo contractis artubus ab hoste
fugiens.

* *Reëticornes.*

(†) crasso & brevi rostro (x)

65 CURCULIO *Piger.*

El. long. lin. 5. lat. 2.

Diagn. Rostrum striis elevatis senis : lateralibus
apice conjunctis. Femora antica clavata.

In *Caricibus* & *Cirsio* 5. 6. *Acanthoide Fl. Carniol.*

Fuscus est, & superne ubique punctis eleva-
tis scaber, subtus villosus. Elytra difficulter se-
parabilia & fere coalita. Valleculæ inter strias
rostri rufo-villo pubescentes, media vero omnium
minus. Oculi margine albo. Femora omnia muti-
ca (xx). Nunquam volat.

66. CURCULIO *Albinus.*

El. long. lin. 3. lat. 1½.

LINN. *Syst. Nat.* p. 385.

Faun. Svec. 2. 632.

Diagn. Anten. corporis longitudine. Thorax
tuberculis tribus.

In hortis & pomariis.

Supra murinus est, subtus albicans. Anten. lin.
4½. longæ, nigræ: articulorum apicibus albis, septi-
mo infra medium albo. † roboris & caput albi co-
loris. Oculi nigri. Elytrum apice, punctisque
tribus albis, tuberculis 4, in seriem, margini in-
terno parallelam, ordinatis: antico remotiore.

D 4

67.

(x) Proboscis *crassa* nobis dicitur illa, quæ femoribus
crassior; *brevis* vero, quæ thoracis longitudinem
non æquat (mensura ducta ab oculis exclusive
ad apicem usque), & econtra.

(xx) In omnibus cralli - & brevirostribus nostris.

67. CURCULIO *Resinosus*.

El. long. lin. 3. lat. 2.

Diagn. Niger, scaber; abdomine subtus elytris-
que apice albidis.

Habitat in arboribus *resiniferis*, *Abiete*, *Pino*, *Picea*.

Antennæ nigræ. Thorax duas fere lineas longus, rotundatus; dorso planiusculo; lateribus obtusis. Elytra scabra, ut & Thorax, sed impressis punctis lineata; apicibus deflexis, albis. Pedes nigri. 2. Julii captus circa *Idriam*, in sylvis.

68. CURCULIO *Iners*.El. long. lin. 4. lat. $1\frac{1}{2}$.

Diagn. Rostrum linea unica elevata. Elytrum striis 10 punctatis.

Captus in via publica, 5. Maji.

Caput & thorax fusco-grisei coloris. Striga fusca in thorace, ab oculis ad basim usque utrinque decurrens. Elytra coadunata, obscuriora. Corpus subtus villosum. Pedes postici remotiores. Femora antica crassiora.

69. CURCULIO *Piceus*.

El. long. —. lat. —.

Diagn. Thorax & elytra picea. Abdomen nigrum: subtus albidum. Femora clavata.

Iconem & descriptionem misit R. P. WULFEN. S. J.

Parvus est, oblongus: subtus fuscus, sed albedo polline adpersus. Thorax elytris concolor, margine obscure flavescente, basi tuberculo oblongo lutescente. Elytra lineata. Alæ hyalinæ. Femora glabra. Proboscis medio obsolete sulcata, pedesque ad microscopium villosi.

70. CURCULIO *Erraticus*.El. long. lin. 2. lat. $\frac{3}{4}$.

Diagn. Rostrum apice concavum. Elytrum villosulum, striatum: stria tertia tuberculata.

In aridis, incultis, ruri degit.

Supra fusco-ferrugineus, subtus albedo prostrato villo canescens. Tibiæ elytro concolores.

71. CURCULIO *Collaris*. *Coryli* L.El. long. lin. $2\frac{1}{2}$. lat. 1.LINN. *Attelabus* *Coryli*.

Faun. Svec. 2. 638.

Diagn. Caput ovatum lucidum, nigrum collo instructum.In *Corylo* sæpe vidi.

Thorax ruber, nitens, lævis: puncto dorsali nigro. Elytrum rubrum: striis longitudinalibus punctatis decem. Femora basi & apice nigra, alibi rubra, crassa. Tibiæ, abdomen, pectus, rostrum antennæ, nigra.

72. CURCULIO *Nitens*. *Attelabus curvilineoides* L.El. long. lin. $1\frac{2}{3}$. lat. 1.*Diagn.* Niger; thorace & elytris rubris.

Facies prioris, sed diversus anten. articulis tribus primis rubris; capite nec ovato nec collo imposito; thorace sine puncto nigro; elytro striis 8; femoribus nigris; domicilio incerto.

73. CURCULIO *Fagi*.El. long. lin. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{2}{3}$.

LINN. Syst. Nat. p. 381.

Diagn. Totus niger; femoribus posticis crassioribus.In *Corylo* captus, 30. April.

Totus villo brevi pubescens. Caput gerit rostro nihilo brevius. Elytra striatim punctata. Femora postica elliptica. Alæ fuscescentes. Foveola ad marginem internum elytri, medio loco posita.

Maris femora crassiora sunt, nec pallidiora; sed neque dicendus *Longirostris*, noster saltem.74. CURCULIO *Populi*.El. long. lin. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{2}{3}$.*Diagn.* Color, facies, & omnia prioris, sed femora æqualia.In *Populo alba* captus 10. Maji.

Rostrum antice magis dilatatum, quam in priore. Fovea elytri nulla.

(++) crasso & longo rostro.

75. CURCULIO *Pulverulentus*.

El. long. lin. 5. lat. fere 2.

D 5

Diagn.

25. *S. Ilyricus*

26. *S. Stercorarius*

27. *S. Vernalis*

28. *S. Variegatus*

29. *S. Minimus*

30. *Hister*
unicolor

31. *H. fimetarius*

32. *H. Apterus*

33. *Dermatylus*
Vespillo

34. *Der. Lardarius*

35. *Der. Munus*

36. *Der. Scaraboid.*

37. *Der. Peltis*

40. *Der. Sambucus*

41. *Der. Varieg.*

42. *Der. Cellaris*

48. *Der. Drapica*

54. *Silpha*
Thoracica

58. *Sil. littoralis*

56. *Sil. atrata*

57. *S. l. obscura*

58. *S. sabulosa*

59. *S. scabra*

60. *S. ferruginea*

63. *Cur. pallius*

64. *Cur. pipiens*

66. *Cur. albinus*

67. *Cur. resinosa*

25



26



28



29



30



31



34



35



36



42



45



54



55



56



58



59




65



68



Tab. II.



Diagn. Thorax punctis prominulis scaber. Elytra transversim rugosa.

Cum flores continuo frequentet, ita polline antherarum ubique adpersus occurrit.

Fuscus totus, & Gentis suæ cunctator. Rostro tereti. Anten. rufescentibus. Elytris subcoadunatis, subtus tenui prostrato, subrufo villo pubescens. Femoribus muticis.

76. CURCULIO *Centaureæ*.

El. long. lin. 2. lat. 1.

Diagn. Fuscus totus ovatus, tenui, subrufo villo adpersus; rostro deflexo, marginato: linea ad apicem elevata media.

Duos legi in floribus *Centaur. scabiosæ*.

Oculi nigri. Elytrum striis decem. Femora mutica. Vix dici potest, an rostrum thorace longius sit, aut eidem æquale.

77. CURCULIO *Auratus*.

El. long. lin. $2\frac{2}{3}$. lat. 1.

Diagn. Totus viridi-auratus; antennis rostrique apice dilatato nigris.

In plantis variis.

A *Cupreo* diversus est, cum neque obscure æneus, neque subtus obscurior sit, sed totus homogeneo aurato-viridi colore nitens, & villosus. Caput, thorax, & elytra congestis prominentibus punctis scabra. Oculi nigri. Rostrum basi sulco laterali antenna terminato nigra. Femora mutica.

78. CURCULIO *Violaceus*.

El. long. lin. 2. lat. 1.

LINN. Syst. Nat. p. 378.

Faun. Svec. 2. 579.

P. PODA. Mus. Græc. p. 28.

Diagn. Totus ex cæruleo-violaceus; antennis nigris.

In agro *Vipacensi*, & alibi in vitibus.

Statura prioris. Proboscis thorace certe modice longior, sulco laterali & apice dilatato ut in *Aurato*, seu *Cupreo* Cl P. PODA. Villosus superne non est, totus tamen ibidem punctatus: punctis prominulis, ad elytra quasi in lineas dispositis. Fe-

mora

mora mutica. In hac & priore specie solus apex rostri femoribus omnibus crassior est, non vero basis.

(+++) tenui et longo rostro.

(x) femoribus dentatis.

79. CURCULIO *Carbonarius*.

El. long. lin. 3. lat. $1\frac{1}{2}$.

LINN. Syst. Nat. p. 382.

Faun. Svec. 2. 614. descriptio non consentit.

Diagn. Totus niger & punctatus; elytris apice albicantibus; rostro deflexo.

In *Carniola super.* non frequens.

Rostrum, caput & thorax, punctis prominulis scabra. Thorax dorsalibus transversis tribus papillarum fasciculis, tubercula referentibus. Elytra punctatim striata: punctis profunde insculptis. Femora omnia macula pallida, binisque dentibus.

80. CURCULIO *Tuberculifus*.

El. long. lin. $1\frac{2}{3}$. lat. 1.

Diagn. Niger; thorace lateribus albidis; elytrorum seriebus 4 tuberculorum.

Reperi in *Scrophularia nodosa*.

Globosus est, rostro inflexo, ut in *Hemipteris*. Femora postica unidentata. Pectus sub elytro maculis 2 lateralibus, marginis eiusdem concoloribus.

81. CURCULIO *Cariosus*.

El. long. lin. $1\frac{2}{3}$. lat. $\frac{3}{4}$.

Diagn. oblongus; rostro porrecto, tereti, nitidulo; elytris striatis; femoribus anticis crassioribus & majore dente notatis.

In truncis cariosis *Pyri communis*.

Fusco-rufescens. Elytrum striis 10 punctatis. Pedes fulvo-ferruginei.

82. CURCULIO *Syngenesiæ*.

El. long. lin. $1\frac{1}{8}$. lat. $\frac{2}{3}$.

Diagn. Cervinus, brevissimis vilis aspersus; rostro nigro: apice nitido.

In Floribus *syngenes*.

Ely-

Elytra striata. Corpus subtus pallidius. Femora exiguo, obtusiusculo dente notata.

83. CURCULIO *Urticæ*.

El. long. lin. 1. lat. lin. $\frac{1}{2}$.

An *Curculio Ovatus* LINN.?

Diagn. Rostrum incurvum. Elytra nigra; puncto lineaque lunata ad apicem albis.

Inveni copula iunctos in *Urtica dioica*.

Totus fuscus, ovatus, niger. Elytra lucido exiguo villo adspersa, striata; puncto albo in medio lineaque alba arcuata ad apicem posita. Thoracis latera albo-argentea. Pedes nigri; femoribus omnibus unidentatis; tibiis, manibusque rufis.

(β) femoribus muticis.

84. CURCULIO *Cerasi*.

El. long. lin. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{3}{4}$.

LINN. Syst. Nat. p. 378.

Faun. Svec. 2. 583.

Diagn. totus niger & opacus; thorace punctis scabro; elytris striatis scabriusculis.

In *Pruno ceraso* sæpe vidi.

Rostrum deflexum. Elytrum striis 10. Corpus subtus punctatum.

85. CURCULIO *Icosandriæ*.

El. long. lin. $\frac{3}{4}$. lat. $\frac{1}{3}$.

Diagn. Color atro-cæruleus. Rostrum porrectum. Elytrum striis. 8.

In Arboribus, *calycifloris* & *bacciferis*.

Oblongus est, & punctulatus, parvus, agilis, anten. basi ita adpressa rostro, ut recticornis videatur (*).

86. CURCULIO *Purpureus*.

El. long. lin. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{3}{4}$.

LINN. Syst. Nat. p. 378.

Faun. Svec. 2. 585.

P. Po-

(*) Quod in *Curcul. Longi*- & *Tenuirostribus* omnibus facillime accidit, ut forte et mihi.

P. PODA. Mul. Græc. p. 29.

Diagn. Totus ruber; elytris striatis: striis 8 punctatis; oculis nigris.

In herbido colle 24. Aprilis aliquos reperi, circa *Idriam*.

Nostri nitor nullus. Caput & thorax punctatus. Rostrum apice modice nitens. Ungues nigri.

87. CURCULIO *Cæruleus*.

El. long. lin. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{3}{4}$.

Diagn. Color obscure cæruleus. Rostrum flexum. Elytrum striis decem.

Inveni in *Pyro communi* 27. Aprilis.

Diversissimus a *Curc. Icosandriæ*.

88. CURCULIO *Oleraceus*.

El. long. lin. 1. lat. $\frac{1}{2}$.

Diagn. Globosus est, nigricans; elytris puncto lineaque lunata ad apicem albi coloris.

In *Urtica dioica*.

Mas thoracis latere utroque unidentato. *Fem:* thorace mutico; utriusque Rostrum inflexum. Thorax, costæ, & corpus subtus grisei coloris, elytra striata: striis 10. Tibiæ ferruginæ.

(**) *Infraëlicornes*.

† *Crassirostres*, calcarati.

89. CURCULIO *Granarius*.

El. long. lin. 1. lat. lin. $\frac{1}{2}$.

LINN. Syst. Nat. p. 378.

Diagn. Totus piceus, punctatus, fere cylindricus; thorace longitudinem elytorum vix non æquante.

Habitat in granis *Tritici* & *Avenæ*.

Longitudo animalis, non computato rostro, duas lineas; latitudo dimidiam habet.

Elytra connata video tam in propriis exemplaribus, quam in eo, quod ex *Styria* misit R. P. PODA. Thorax densius punctatus. Elytra striatim punctata: margine exteriori pedibusque rufescentibus. Femora antica crassiora.

90. CURCULIO *Gemmatus*.

El. long. lin. 3. lat. 2.

Diagn. Apteris, niger; elytris coadunatis scabris maculatis: maculis argenteo-viridibus.

Frequens in plantis et fruticibus, sylvestris umbrosisque locis.

Mas minor; maculis cæruleiscentibus. *Femina* viridi auratis.

Totus punctis scaber. Anten. villosæ, thorace duplo longiores. Caput villosulum. Rostrum lineam longum, apice dilatatum. Thorax punctulis parvis cæruleiscentibus variegatus. Corpus & femora villis prostratis adspersa, eaque omnia unidentata.

Variat thorace sine punctis cæruleis, iisdemque paucis & exiguis ad Elytra.

91. CURCULIO *Argentatus*.El. long. lin. 3. lat. $1\frac{1}{2}$.

LINN. Syst. Nat. p. 384.

Faun. Svec. 2. 624.

P. PODA. Mus. Græc. p. 30.

Diagn. Niger est, sed villo tenui prostrato argenteo, præsertim subtus, adspersus; femoribus antennisque rufis.

Reperi in *Corylo*, & alibi, sed in *Urtica* nondum.

Elytrum punctorum seriebus longitudinalibus novem lineatum, basi & apice magis quam in medio argenteo nitore fulgens. Anten. clava, una cum rostri apice, nigra. Femora postica unidentata: dente minus evidente, ac in priore.

92. CURCULIO *Anthracinus*.El. long. lin. $2\frac{1}{2}$. lat. 1.

Diagn. Totus niger. Elytra punctatim striata. Femora omnia unidentata.

In *Carniolia* super.

Rostrum apex villis paucis instructus. Thorax punctis prominulis scaber. Elytra minime scabra, striis 9, fere coalita. Alæ vix ullæ. Antennæ villosæ.

93. CURCULIO *Tristis*.El. long. lin. $2\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{1}{3}$.*Diagn.* Fuscus. Elytra punctis scabra, substriata, villosula, coadunata.Circa *Adriam* collegi.

Statura prioris, apterus, fusco-niger; thorace elytrisque scabris & ita villosis, ut nudo oculo inspecta, punctis pallidioribus variegata se prodant. Femora omnia dentata, lucidiora villosa.

94. CURCULIO *Insidus*.El. long. lin. $2\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{1}{3}$.*Diagn.* Nudis oculis inspectus obsolete cupreus, ad lentem vero cærulescentibus nitidis prostratis villis superne adpersus adparet.

In plantis, rarior.

Oculi nigri. Antenn. clava fusca, cæteri vero articuli una cum pedibus rufescentes. Femora omnia dentata.

95. CURCULIO *Pruni*.El. long. lin. 2. lat. $\frac{3}{4}$.*Diagn.* Villosulus, niger; antennis, elytris, pedibusque rufis.Habitat in *Pruno domestica*, cuius folia crispat, convolvit, vitiat.

Oculi nigri. Caput & thorax punctis scabra. Elytrum pellucens, punctatim striatum: punctorum duplicatorum seriebus 9, margine externo nigricante. Femora omnia unidentata.

96. CURCULIO *Coelestinus*.El. long. lin. 2^r. lat. 1.*Diagn.* Totus cæruleus; antennis pedibusque ferrugineis.

In plantis & fruticibus non rarus.

C. *Argentato* proximus, sed in utroque sexu idem color. Femora subdentata.97. CURCULIO *Glaucus*.El. long. lin. $2\frac{1}{3}$. lat. 1.*Diagn.* Fuscus est, sed glaucescente tenui prostrato

strato villo adpersus, nullibi scaber; elytris punctatim striatis.

In foliis arborum.

Statura *Curc. Argentati*. Elytrum humero prominulo & subdentato. Corpus al tum, subtus nigrum. Femora nitidula, crassa, magno dente notata.

98. CURCULIO *Rufipes*.

El. long. lin. 2. lat. $\frac{3}{4}$.

Diagn. Fuscus est, villosulus, parumper nitens; antennis pedibusque rufis.

In foliis *Truni domestice*.

Caput & thorax punctis prominulis scabra. Elytra punctatim striata. Femora omnia dentata.

(++) crassirostres inermes.

99. CURCULIO *C. album*.

El. long. lin. $3\frac{1}{2}$. lat. 2.

Diagn. Cupreo-nigroque varius; angulo externo baseos elytri singuli linea arcuata alba, litteram C referente signato.

Habitat circa oppida & pagos. *Græcio* quoque misit Doctiss. & R. P. PODA.

Statura *Gemmati*. Corpus totum laxis villis adpersum & scabriusculum. Elytra coadunata; punctorum impressorum seriebus (7). Femora singula uno dente armata.

100. CURCULIO *Sensitivus*.

El. long. lin. 5. lat. $1\frac{3}{4}$.

Diagn. Niger est; femoribus fulvis: apice nigris.

Habitat in sylvis.

Elytra planiuscula, ubique striata. Rostrum indivisum. Alæ nullæ. Elytra coadunata.

Captus se valde torquet, & a longe ab hoste fugit, unde ratio nominis.

101. CURCULIO *Nemoreus*.

El. long. lin. $4\frac{2}{3}$. lat. 2.

Diagn. Apteris, niger, opacus; rostro bifido; capite glabro; thorace, elytrisque scabris. accuminatis.

Habi-

Habitat inter *litetes*.

Antennæ elytri longitudine. Elytra apice duntaxat striata, acutiuscula. Femora omnia clavata; neque tamen *Paraplecticus* LINN.

102. CURCULIO *Momus*.

El. long. lin. $3\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{2}{3}$.

Diagn. Proboscis superne sulcis duobus. Abdomen inter pedes posticos fulvo villo tomentosum. Femora antica crassiora.

In *Carniola* calidiore.

Totus fuscus est, sed cinereo-rufus, prostrato villo, pollinis in modum, ita tectus, ut cinerascens videatur. Antennæ thoracis longitudine. Thorax antice utrinque lineola una sublunata, postice vero punctis binis pallidioribus. Elytrum in medio macula rotunda, & ad apicem puncto pallidiore. Alæ nullæ.

103. CURCULIO *Zoilus*.

El. long. lin. 3. lat. $1\frac{1}{2}$.

Diagn. Rostrum deflexum. Elytrum striatum, & punctis nigris variegatum: uno maiore communi ad apicem.

In *Austriaco Litcrali*.

Totus villosus, supra terrei coloris; lateribus lineisque elytrorum pallidioribus. Striæ elytri alternæ nigris punctis variegatæ: spatiis interiectis punctatis. Elytra coadunata. Alæ nullæ. Ingenium vecors.

104. CURCULIO *Palustris*. *Colen* C.

El. long. lin. 3¹. lat. $1\frac{3}{4}$.

Diagn. Proboscis thorace longior. Thorax linea laterali, pallidiore.

In aquosis locis & paludosis, supra *Carices*.

Rostrum apice dilatatum. Thorax elytris obscurior: linea albida laterali. Elytra coadunata, cinerascencia, albo puncto in medio signata. Abdomen subtus maculis (4) subluteis lateralibus. Femora annulo albo fasciata. Penis incurvus, bifidus.

(†††) Tenuirostres, calcarati.

105. CURCULIO *Nucum*.El. long. lin. $2\frac{1}{2}$. lat. $1\frac{1}{4}$.

LINN. Syst. Nat. p. 383.

P. PODA. Mus. Græc. p. 29.

ROESEL. Suppl. Scarab. Terr. Cl. IV.

Tab. 67. fig. 5 6.

Diagn. Griseus, ovatus; rostro longitudine corporis.Habitat in *Coryli avellanae* nucleis.Rostrum lin. $3\frac{1}{2}$. longum, rubens, politum. Oculi nigri. Scutellum quadratum: angulis anticis obtusis.106. CURCULIO *Quercus*.El. long. lin. $1\frac{2}{3}$. lat. $\frac{3}{4}$.*Diagn.* Niger; scutello trilobo: lobo antico minore albo; elytro unipunctato: puncto albo.Habitat in *Quercu robur*.

Rostrum nitens, nigrum, corpore paulo brevius. Elytra pallidiore villo pubescentia. Punctum album utrinque supra femora media ad basim elytri.

107. CURCULIO *Punctatus*.El. long. lin. $1\frac{3}{4}$. lat. 1.*Diagn.* Niger; thorace albido; elytro striis elevatis 5 nigris, albo punctatis.Circa *Idriam* repertus 18. Maji.

Rostrum nigrum, deflexum, thorace longius, elytris brevius. Antennæ rufescentes. Caput nigricans. Thorax albidis villis pubescens. Elytra villosula. Abdom. supra rufescens. Pedes fusco-alboque varii.

108. CURCULIO *Fasciatus*.El. long. lin. $1\frac{1}{2}$. lat. $\frac{2}{3}$.*Diagn.* rufus, villosulus; elytro fasciis duabus obscurioribus, obsoletis.

In sylvis.

Oculi & apex rostri, nigri coloris. Pedes antici longiores & crassiores.

109. CURCULIO *Præcox*.El. long. lin. $1\frac{1}{6}$. lat. $\frac{1}{2}$.*Diagn.* Ferrugineus; elytra striata, villosula.Nativitas sub finem *Aprilis*.

In

In Salice *Viminali*.

~~Thorax & corpore~~ coloris obscurioris. Thorax punctatus.

ATTELABUS.

Caput postice attenuatum, oculis prominentibus.

Thorax, diametro capitis (ab uno ad alium oculum desumpta) nihilo latior, & cylindraceus.

II. ATTELABUS *Apiarius*.

~~Thorax & corpore~~

El. long. lin. 5. lat. $1\frac{1}{2}$.

LINN. Syst. Nat. p. 588.

P. PODA. Mus. Græc. p. 31.

Diagn. Atro cæruleus, villosus; elytris rubris: apice fasciisque binis, atris.

In Floribus *Centaureæ jaceæ*, *Cardui mariani*, *Achilleæ millefol.* aliorumque, quorum nectare, & semisoluto antherarum polline victitat, vere *Anthophilus*.

Caput inclinatum: apice emarginatum. Maxillæ unidentatæ. Palpi minores: articulis duobus ferrugineis: ultimo trigono. Antennæ ferrugineæ: articulis 3. fuscis majoribus clavatæ. Elytra, apice dempto, ubique ejusdem latitudinis, ut in sequentibus etiam speciebus. Alæ fuscescentes. Abdomen supra rubrum, subtus una cum pedibus atro-cæruleum & nitens. Femora postica longiora, crassiora, curvula.

III. ATTELABUS *Formicarius*.

El. long. lin. $2\frac{1}{2}$. lat. $\frac{8}{9}$.

LINN. Syst. Nat. p. 387.

P. PODA. Mus. Græc. p. 31.

Diagn. Niger; elytro fasciis duabus albidis: basi rubro; corpore rubro; lingua longissima P. PODA.

Habitat ruri.

Thorax subcordatus. Elytri fascia una tenuior & subtus rubella; idem subtus nitens lineisque pallidioribus striatum. Manus rubellæ.

112. ATTELABUS *Lilii*, *Chrysomela meridigera* L.
El. long. lin. $2\frac{2}{3}$. lat. 1.

LINN. Syst. Nat. 375. Chrysom. *Meridigera* 62.

J. BAUCH. hist. plant. 2. p. 696. insecta rubella.

Diagn. Niger, nitens, thorace elytrisque rubris. In *Lilio chalconico*, *baccifero*, & *sociis*.

Thorax in medio leniter coarctatus, seu utrinque impressus. Elytrum striis 10. punctatis: punctis subtus flavicantibus punctoque nigro ocellatis.

113. ATTELABUS *Asparagi*. *Chrysomela* L.

El. long. lin. 2. lat. fere 1.

LINN. Syst. Nat. p. 376. Chrysom. 70.

ROESSEL. Scarab. Terr. Cl. III. Tab. 4. fig. 3.

Diagn. Atro-cæruleus; thorace fulvo; elytro margine externo fasciis 2. dimidiatis, punctoque ad basim, aurei coloris.

Habitat in *Asparago officin.* ROESSEL. FRISCH.

Elytri fasciæ apice suo obtuso & dilatato non attingunt marginem oppositum. Thorax in hoc & sequentibus, latera impressa non habet.

114. ATTELABUS 5-Punctatus.

El. long. lin. 2. lat. $\frac{2}{3}$.

Diagn. Niger; thorace fulvo; elytris pallidioribus; punctis 5: uno communi & majore.

In *Austriaco Littorali*.

Elytri apex niger, punctum baseos minus, posticum majus, subrotundum, medium vero & commune maximum ovatum. Thorax ad basim puncto nigro notatus.

115. ATTELABUS 12-Punctatus.

El. long. lin. 2. lat. $\frac{2}{3}$.

Diagn. Fulva sunt, caput, thorax & elytrum quodlibet punctis sex nigris.

Habitat cum priore.

Elytri punctum baseos solitarium in angulo externo, hoc sequuntur duo opposita, alia vero alternantia sunt. Oculi, & antennæ nigri coloris.

Variat.

Variat. 1. Pectore, pedumque geniculis nigris.

LINN. Syst. Nat. p. 376. Chrysom. 67.

2. Corpore toto subtus pedibusque nigris.

116. ATTELABUS 14. *Punctatus*.

El. long. lin. 2. lat. fere 1.

Diagn. Thorax fulvus punctis tribus nigris.

Elytrum pallidius punctis septem: uno in apice sito.

Ibidem.

Caput fulvum; macula verticis, oculis, antennis, palpisque nigris. Abdom. subtus fulvum. Femora fulva: basi & apice nigra.

CASSIDA.

Caput sub thoracis clypeo plano reconditum.

117. CASSIDA *Viridis*.

El. long. lin. 3. lat. 2.

LINN. Syst. Nat. p. 362.

Faun. Svec. 2. 467.

ROESEL. Scarab. Terr. Cl. III. Tab. 6.
fig. 4. 5.

Diagn. Clypeus cum elytris virens. Corpus nigrum. Anten. infra medium, abdominis margo, pedesque ferruginei coloris.

Passim occurrit.

Antennæ extrorsum crassiores & obscuriores. Elytra punctata, subtus plica corpus protegente. Variat elytri angulo scutelli rubro.

118. CASSIDA *Noctiluca*.

El. long. lin. 5. lat. 1½.

LINN. Syst. Nat. p. 400. Canth. 1.

Faun. Svec. 2. 699.

P. PODA. Mus. Græc. p. 39. Canth. 1.
Carniol. Kerschuitza.

Diagn. Segmenta duo ultima abdominis alba lucem in tenebris spargunt.

Circumvolat noctu, circa solstitium æstivum.

Antenn. apice attenuatæ. Thorax subpellucens, elytris pallidior, antice rotundatus. Elytra

70. Curc. Erraticus

71. Curc. Collaris

72. Curc. Nitens

73. Cur. Fagi

74. Cur. Populi

75. Curc. Pulverulens

76. Curc. Centaureae

77. Curc. Auratus

78. Curc. Violaceus

79. Curc. Carbonarius

80. C. Tuberculatus

81. C. Cariosus

82. C. Syngeneriae

84. C. Cerasi

85. C. Jovandinae

86. C. Purgatus

87. C. Luteolus

88. C. Semmatus

89. C. Argentatus

90. C. Anthracinus

91. C. Tristis

92. C. Infidus

93. C. Pruni

94. C. Castaneus

95. C. Rufipes

96. C. Album

100. C. Sensitivus

101. C. Nemoreus

102. C. Mornus

103. C. Zoilus

104. C. Palustris

105. C. Nucum

106. C. Quercus

107. C. Punctatus

108. C. Fuscatus

110. Atel. Agrius

111. Atel. Formicarius

112. Atel. Lili

113. Atel. Asparagi

114. Atel. 12-punctatus



